



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

De modo procedendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

22 Arbitrarius etiam cum potestate plenissima, si laedat enormiter, potest petere reductionem ad arbitrium boni viri, etiam qui iuravit stare sententiae, & renunciauit petitioni reductionis.

* Vide *Fu. vers. Arbitrarius. nu. 8.*

23 Laicus non potest esse arbitrator in re spirituali, arbitrarius autem non sine Episcopi auctoritate. Arbitrarius enim debet sequi formam iuris; non autem arbitrator.

* *Fu. l. c. nu. 13.*

De modo procedendi.

1 Non proceditur contra aliquem sine accusatore, vel infamia, quae est velut accusatio, nisi Princeps aliud iubeat, aut scandalum magnum, vel periculum postulet, & alioqui Reipublicae bonum, vel Communitatis, vel alicuius particularis: aequiualeat autem accusationi facti euidencia, & manifesta indicia.

* Vide *Sot. l. 5. q. 6. art. 2. D. Thom. & Caiet. 2. q. 67. artic. 3. cap. Nihil. 2. q. 3. Val. tit. 3. d. 5. q. 11. p. 3.*

2 Cum proceditur contra aliquem per viam accusationis, requiritur semiplena probatio; cum autem per viam inquisitionis, infamia, vel sufficientia indicia, iudicis arbitrio.

* Cum autem 3. Vide *Salon q. 69. art. 2. canon. 6. Syl. Inquisitio. 1. nu. 10.*

3 Probat semiplenè vnus testis omni exceptione maior. * *Sot. l. c. col. 11.*

4 Consuetudo Iudicum procedendo non secundum omnia requisita à iure, diu approbata, videtur obtinere vim legis.

* *Vide Sot. l. 5. q. 6. art. 2. col. 7.*

DE TESTIBVS.

1 **C**VM fit inquisitio generalis de criminibus, indicanda sola notoria, aut quoniam est infamia, & manifesta indicia, aut quæ cōtra bonum commune, aut in damnum proximi, quod aliter non possit impediri.

* *Vide Nau. in c. Inter verba. concl. 6. num. 23. Syl. Inquisitio. 1. nu. 3. 4.*

2 Testis non tenetur respondere, nisi sciat se teneri (quanquam in dubio, si res non vergat in damnum graue alicuius, cui non præponderet damnum Reip. præsumendum est pro Iudice) scilicet si proceditur per inquisitionem esse probatam infamiam, aut sufficientia indicia: cum per accusationem esset semiplenè probatum: potest tamen, si velit etiam in occulto crimine testificari.

* *Vide Bannes 2. 2. q. 70. art. 1. col. 9. Syl. Testes. numer. 8.*

3 Nemo tenetur testificari cum suo graui damno; nec ad mandatum denuntiandi, si nō potest probare; secus est si iubetur esse testis; tunc. n. sufficit scire esse semiplenè probatum. * *Vide*

* *Vide*
4 Quatur testitur descendepriuignidum, stronus,ter filiu
test prob
testifica
re perni
* *Vide*
numer. 1.
Item
1. Bannes
5 Prox
contract
pars con
6 Seere
sciebas, n
num gra
diri quā
iudici leg
te celatur
quā alt
* *Bann*
1. num. 6
7 Testif
re, etiam
innocent